



*Vol. 131.*





2

REGII  
IN ACADEMIA AD ALBIM  
MVSEI  
ANATOMICI  
AVGVSTEI  
CATALOGI  
APPENDIX

---

CONTINENS  
ACCESSIONES NOVAS  
PRAEPARATORVM ANATOMICORVM  
SICCORVM

ET  
IN LIQVORE CONSERVATORVM  
ITEMQUE  
VARIORVM MONSTRORVM, SCELETORVM  
ALIORVMQUE SINGULARIVM  
QVIBVS POST EDITVM CATALOGVM  
DICTVM MVSEVM  
AVCTVM EST  
CVRA ET OPERA

D. ABRAHAMI VATERI  
FACVLT. MED. IN ACAD. VITEMB. SENIORIS ET PROF. PRIMAR.  
REGII MVSEI PRAEFECTI.

---

VITEMBERGAE  
PROSTAT IN OFFICINA HENNINGIANA.  
LITERIS SCHEFFLERIANIS.

RECHT  
IN  
MUSÆI  
ANATOMICI  
AGASTEI  
CATALOGI  
APPENDIX  
ACCESSIONES NOVAS  
PREPARATORIA ANATOMICA  
SICCIARIA  
IN FLORIDE CONSERVATAVM  
VARIORVM MONSTRORVM SCULPTORVM  
OVAZ PISCIBVS VITÆ CATALOGVM  
DICTIO DICO  
D. ABRAHAM VATERI  
EGRI HABET LIBERET  
REGATI MED IN AGRO VITÆ SEMINIS ET FLORE TERRAM  
PROSES IN CHICINA HENNINGIANA  
ET LITERIS SCIENTIÆ





## PROOEMIVM.

**A**bes hic, LECTOR BE-  
NEVOLE, Regii in Aca-  
demia nostra Musei An-  
atomici Augusstei, Catalo-  
gi Appendicem, qua re-  
censentur accessiones no-  
uae, quibus Museum, post  
editum Catalogum, cura & opera mea auctum  
est. Omnes, quotquot Regii huius The-  
sauri perlustrandi gratia ad nos affuxerunt  
exteri peregrinantes, admirati sunt lau-  
tam & magnificam supellectilem, qua Re-  
gia Munificentia Academiam nostram di-  
tavit & exornavit, quaque ista prae aliis  
superbit. Huic apparatu haud parum

A 2

splen-

MI

*splendoris, ut spero, additum est, accessionibus istis nouis, tum ob numeri rerum singularium incrementum, tum ob earum conditionem, siquidem inter ea talia sunt, de quibus sine iactantia affirmare possum, quod ob raritatem uix sui similia sunt habitura. Prouoco nunc, ut reliqua taceam, ad unicum exemplum, illudque primo loco in his paginis descriptum, nempe partum humanum monstrosum, qui, nemine contradicente, talis aestimabitur. Harum igitur Accessionum enarrationem ulterius differre nolui, partim ut diligentiae, in amplificando Museo adhibetae, Maecenatibus rationem redderem, partim ut Eorum desiderio satisfacerem, qui in perlustrando hoc apparatu, id maxime desiderarunt, multa in eo esse, quae in Catalogo non sunt descripta, quapropter lectione huius, eorum, quae olim uiderunt, memoriam renovare nequeant. Haec sunt, quae Proemii loco huic Appendici praemittere uolui. Vale, LECTOR BENEVOLE. Dabam e Museo Wittembergae d. IV. Octobr. A. R. S. MDCC XLVI.*

*A*

*IN*

## IN LIQVORE CONSERVATA.

I. **P**artus monstrosus, a scemina, conspectu hominis decollati, tempore grauiditatis perterrita, editus.

*Nota.* Foetus hic, si ira nominare licet, fere maturus, & quoad artus inferiores & nates exterius perfectus uidetur, sed interius ossibus deltitutus, unde crura incurvata & undique flexilia. Truncus corporis nullus, adestr, nec caput nec brachia monstrat, sed eius loco saccus musculosus erassis, pugni magnitudine, cultri ope apertus, intus vacuus, & omnibus scribus destitutus, appetit. In huius inferiori tamen regione conspicitur spinas dorsi pars inferior, quae lumbos constituit, carne recta, & a sacco separata. Eadem in sinistro latere adhaeret renis, phaseoli minimi (Schminck Bohnen) magnitudinis & figurae, uasis suis adhaerentis, simulacrum. Funiculus umbilicalis, sacrum hunc intrans, tenuis quidem & flacidus est, habet tamen duas arterias & unam uenam, quarum istas ex iliacis produisse, situs & inspectio earum indicat, haec vero lumborum dextrae regioni superius annectitur, & forsitan in uenam cauam, ibi sitam, abiit, quia hepaticus deficit. Quorsum uero abhinc sanguis, ex placenta huius fetus refluius, abierit, incertum manet. Supra spinam lumborum a sacco separatam, in huius substantia, durities quedam percipitur, quae uestigia costarum spuriarum exhibet. Causam huius praeceps formationis, scemina ipsa adscriptis terrori, in quem incident ista, dum a tergo stans, decollati proni cadentis, posteriora tantum compexit. Admirari potius, quam expli-

explicare licet, quomodo in tanta imperfectione, & uiscerum omnium defectu, fetus ad istam magnitudinem crescere & nutritri potuerit. De hoc, ne hiarolando quidem, quidquam dicere ualeo, quia hoc monstrum a B. Parente, qui istud ultra quinquaginta annos inter rariora sua afferuauit, quale nunc appetat, ad me translatum est.

**II.** Gallina monstrosa, tribus pedibus instructa.

**III.** Fetus leporinus monstrosus bicorporeus, octo pedibus præditus.

**IV.** Pullus anatinus monstrosus, capite & rostro duplii instructus.

**V.** Pullus Phasianus, uiuus ex ouo extractus, cuius caput, ob rostri superioris defectum, caput felis quodammodo representat.

*Nota.* Dono accepi a Viro generosissimo, ex cuius ore habeo, quod ipse illud integrum in nido Phasiano, pullis recenter exclusis pleno, inuenierit, & pullum adhuc uiuentem, fracta testa, extraxerit. Probabile est, eundem ob defectum rostri testam frangere, & inde prodire non potuisse.

**VI.** Pullus gallinaceus monstrosus, recenter exclusus, quatuor alis, & totidem pedibus præditus.

**VII.** Caput fetus ouilis monstrosum, in fronte, in orbita communi, duos oculos connatos monstrans, sub quibus uestigium nasi appetat, os uero ab hoc distans,

stans, in loco consueto, in extremitate  
rostrum uidetur.

VIII. Mures duo albi.

IX. Cor humanum albissimum, ex foemina,  
diutius carcere detenta, in cuius uentri-  
culis conspicuntur polypi crassissimi, &  
pedibus longissimis, per trunco usos-  
rum egredientium, in uita expansis,  
nunc inde propendentibus, praediti.

*Nota.* Laborabat foemina asthmate horrendo, quod ipsi, ex  
urbe proscriptae, in educatione, singulis gradibus suf-  
focationem minabatur, & paucis post dies mortem  
afferebat.

X. Uterus humanus, ex foemina, a quinque  
mensibus grauida, in cuius substantia  
conspiciuntur sinus uenosí, mutuis ana-  
stomosis inter se communicantes, ex-  
tensione diducti, ut totus uterus spon-  
giosus appareat. In huius superficie in-  
terna hiant cryptæ atque cauernæ, cum  
sinibus istis communicantes.

*Nota.* Vteri huius descriptionem & delineationem uide in  
dissertatione mea de utero grauido anno MDCCXXV.  
habita.

XI. Sarcoma insigne, a pudendo muliebri  
refectum, quod uteri inuersi figuram  
quodammodo mentitur.

*Nota.*

*Nota.* Historiam descripsi in dissertatione inaugurali, anno MDCC XXVIII. de hoc *sarcomate* edita, cum adiecta figura.

XII. Polypus nasi, pollicis longitudine & crassitie, e fauibus ciuis huius urbis, me praesente, forcipe a chirurgo extractus.

*Nota.* Hunc pariter delineare curauit in dissertatione inaugurali, anno MDCC XLIII. de *polypo nasi* conscripta.

XIII. Massa polyposa ramosa & nodosa, nodi Gordii instar inextricabilis, a fcemina, post tormina uentris, per aluum exclusa.

*Nota.* Huius delineatio videatur in dicta dissertatione.

XIV. Coagulum polyposum, eiusdem cum polypo nasi magnitudinis & substantiae, a puella nouem annorum uomitu reiectum.

XV. Membranula tussiendo expectorata.

XVI. Rana minor, a rustico uomitu reiecta.

XVII. Lumbricus ex abscessu in dorso, a chirurgo cum duobus sociis, vivus extrectus.

XVIII. Fetus ovilis, in membrana amnii integrata, succo amnii innatans.

XIX. Folliculus pinguis, in ansere saginato, iuxta hepar, forte in omento, repertus, ex

ex quo aperto propendent plumae copiosae, ex interna eius superficie enatae.

*Nota.* Huius conspectu, homines, qui anserem mastarunt, perterriti, veneficii suspicione ducti, illum ad me attulerunt, anseremque comedere auersati sunt.

**XX. Auicula Polonis Remiz dicta.**

*Nota.* RZACZYNSKI in his. natur. curios. Polon. Traet. X. sect. I. no. XLIX. *Auen sic appellamus patrio idiomate, quia latinum nomen desideratur, passere minorem, coloris fuscum.* De huius nido, uide infra sub numero 38.

**PRAEPARATA  
ANATOMICA SICCA.**

**XXI.** Fœtus uitulinus, canis minoris magnitudine, ex utero uaccæ exlectus, & per funiculum umbilicalem cera rubra, ad ultimas usque uasorum ramifications tormentosas, in extremitate pedis, sub ungula, reticula formantes, repletus, unde totus intense rubet.

**XXII.** Uterus humanus ex fœmina ad eni xum grauida, cera rubra repletus, unde locus imprimis, ubi placenta adhaesit, rubicundissimus.

**XXIII.** Placenta humana, cum fœtu suo in fœmina mortua, ex hoc utero extracta,

B

cuius

cuius arteriae cera rubra, uenae uiridi,  
per funiculum iniecta, sunt repletae.

**XXIV.** Uiscera huius infantis, ex thorace  
& abdomen extracta, cum adhaerente  
lingua, iniectione cerae rubrae per fu-  
niculum, praeparata, & in situ naturali  
exiccata.

**XXV.** Portio intestini ieuni ex alio infante,  
recens nato, coccinei coloris, ob uasa  
minima, iniectione cerae rubrae, itidem  
per funiculum facta, repleta.

**XXVI.** Portio eiusdem intestini, flatu im-  
misso, distenti & exiccati.

**XXVII.** Portio eiusdem intestini, inuersi &  
inflati, ut superficies interior, & in ea tu-  
nica uillosa rubicundissima, oculo arma-  
to examinari queat.

**XXVIII.** Caput uituli monstrosum.

*Nota.* Vitulus hic anno MDCCXXVI. in suburbio nostro, a  
vacca editus, adhuc uiuus ad meum domicilium appor-  
tarus fuit, & per aliquot dies uixit, sed quia caput ob  
grauitatem eleuare, & nutrimentum debitum capere  
non potuit, expirauit, & a me publice in Theatro,  
Anatomico dissecatus est. Caput istud prae grande,  
superius simplex uiderur, duabus tantum auribus  
praeditum, anterius uero in duo rostra est diuisum.  
Quatuor in eo aderant oculi, quorum duo sub fronte la-  
tiori connati, in orbita communi repositi, duo reliqui in  
utro-

utroque latere unus, siti erant. In ore duplicato duae itidem linguae, sed in radice connatae. In cranio aperito duo quidem cerebra, sed unicum tantum cerebellum, conspiciebantur.

**XXIX.** Oculi duo huius uituli connati, & in orbita communi repositi, cum musculis utriusque propriis, separatis & exiccatis, praeparati.

**XXX.** Lingua duplex istius uituli, radice unica constans, cum annexa communi larynge & pharynge & unico osse hyoidis, exiccata, musculis utriusque linguae propriis existentibus.

**XXXI.** Caput agnelli recens nati, monstrum, maxilla inferiori destitutum.

**XXXII.** Pes feminae, ulcere profundo gangrenoso, cum ossium tarsi carie, anteriorius in ipsa iunctura cum tibia, laborans, supra malleolos resectus.

**XXXIII.** Extremitas pedis sphacelati, in viro mox post digitos detruncata.

**XXXIV.** Officula primae phalangae digitorum eiusdem pedis separata, seorsim in vitro asseruata.

**XXXV.** Sceleton anatis rubicundum, per nutrimentum tinctum.

*Nota.* Huius experimenti prima mentio facta est, in *Transaktionibus Philosophicis Societatis Regiae Londinensis* n. 442. p. 287. in *Schediasmate num 8. An Account of the Bones of Animals, being changed to a Red Colour by Aliment only By John Belchier, Surgeon, F. R. S & altera num. 443. pag. 299. num. 2. A further Account of the Bones of Animals being made Red by Aliment only. By John Belchier, F.R. S.* Tinctura haec ossibus conciliatur ope alimenti, cum rubia tinctorum mixti, & animali uiuenti per aliquot tempus esui dati. Notatum dignum est, sola ossa haec tinctura infici, reliquis partibus mollibus penitus immunibus manentibus. Nec minus notabile, colorem rubicundum tantum ossibus conciliari posse. Periculum feci, cum radice curcumae, itemque orleana, alimento, quo duas columbas per aliquot tempus natruimus, additis, & sperau, fore, ut ossa colore flavo tincta apparerent, eo magis, quia ossa hominum, itero confirmato laborantium, eodem colore infecta, reperta fuisse, obseruationes Auctorum fide dignorum confirmant. Sed euentus minime respondit uoto.

## XXXVI. Sceleton testudinis.

## XXXVII. Sceleton uestertilionis.

## ALIA CVRIOSEA ET SINGVLARIA.

XXXVIII. **N**idus auis Remiz, cuius mentio supra Num. XX. facta est.

*Nota.* De auicula & nido haec haber ibidem citatus Rzaczynski loc. cit. De illa BONANNI S. I. IN MVSEO KIRCHERIANO refert sequentia. In Lituania sunt nidi, ex molli lana, prodigiosa arte compacti, in formam rotundi sacculi, seu potius crumenae, efformati a Remis auicula. Haec corpore minima, ingenio tamen maxima, cum

cum insidias serpentum suis timeat pullis, tali arte nimurum componit, ut semper ab extremitate aliquius ramusculi, supra recurrentes aquas dependeat, ne serpentes insidiantes sustentare ualeat; atque ut ipsa pullis, ab ovo exclusis, cibum suppeditare possit, foramen relinquit apertum, in eiusdem nidilatere, cui tamen ueluti teclum, insfar suggrundae, imminet, ne aqua de caelo in nidum decidat. In Provincia Volbiniae eiusmodi nidos incolae uenantur, ut pote qui catarrho equorum remedium praebent opportunum, si sub eorum naribus comburantur: ino et hominum, si cum laeti decocti applicentur ceruici. Tales nidos receperam ex Lituania &c. Dictis addit BALBINUS S. I. in his naturali Bohemiae, sub Maudicek uero, quod quis eiusdem nidus sit mirabilis, ex materia lanuginosa, alba, texto opere, tam angusto superne introitu, ut sola ipsa intrare possit, maior autem quaecunque alia excludatur. Ex lanagine florum, iuxta TYLKOWSKI in Phys. curios. nidus conficitur, cuius suffumigio se leuant homines, dum catarro in fauicibus opprimuntur. Curatur & malignitas ulcerum conclusa capire, si fumus saepius aure excipiatur.

XXXIX. Frustum uitri, articuli digiti magnitudine, angulosum, a uitro, inter bimendum fracto, separatum et inopinato deglutitum, demum elapso biennio, oborta febre anomala, scybalo excrementi aluini duriori inclusum, per inferiora redditum.

XL. Cornu ceruinum, trunco arboris ulmi inolitum.

*Nota.* Talla ubiuis fere in magnorum Principum Museis monstrantur, & pro naturae portentis habentur. Sed frau-

dem subesse, sectione huius trunci, detexi, & in Programmate ad Dissertationem inauguralement *de consenſu partium* publicau, & iterato experimento, in porticu Regia Dresdensi instituto, confirmavi.

**XLI.** Cornu cerui monstrosum, forma globosa, anno 1672. in sylva Annaburgensi a trunko arboris fagi, cui per radiculas, in uestigia vasorum sanguiferorum penetrantes, annexum fuit, resectum.

*Nota.* Huius mentionem feci in Programmate ad Dissertationem inauguralement Ao. MDCCXLIV. edito, & iconem Norimbergam, Commerceo literario inferendam, misi.

**XLII.** Cornu ceruinum petrefactum & calcinatione in terra, instar unicornu fossilis, albissimum redditum, quod Ditticherodae prope Rosla, quae sedes est Comitum de Mansfeldt, ad sylam Hercyniam in comitatu Stolbergensi, nouem ulnarum altitudine sub terra abditum, fodiendo puteum, repertum & erutum est.

*Nota.* Donum hoc pro Museo Regio accepi a Viro reuerendo, Dn. Johanne CHRISTOPHORO DEHLEN, Pafore Ditticherodenſi, cum relatione, lingue vernacula ad me missa. In hac describit constitutionem agri istius loci, ubi cornu inuentum est, cuius superius stratum, ulnae crassitie, ex terra nigra, lapidibus intermixta, constat, sub qua, octo ulnarum profunditate, limus purissimus, & adeo homogeneus deprehenditur, ut ne lapillulum, pisi magnitudine, in eo reperire liceat. In huius limi fundo latuit istud cornu ceruinum, infra limum uero arena

arena glareosa, scaturigines fontis continens, reperta est. Hinc concludit laudatus Uir, non in particulari, aut successiue facta inundatione, cornu istud, uel torum ceruum, tanta profunditate sub terra sepultum fuisse, sed a diluvio potius uniuersali reperendum hoc esse. Ab antiquis enim inde temporibus cornu hoc ibi latuisse, inde confare, quia testibus annalibus, a multis seculis, pagus Ditticherodenfis una cum Paftoratu stetit. Hoc saltem cum illo dolemus, non integrum cornu, sed uix dimidium, idque a fossilibus in frusta fractum, educatum fuisse, nec residuum indagari potuisse, propter metum, ne puto, aut fundamento domus Paftoris, superius proxime huic loco adiacentis, ruina conciliaretur.

**XLIII.** Dimidium uertebræ animalis marinæ, insignis magnitudinis, sed incertæ originis.

*Nota.* Dono accepi a clariss. Doct. Trew. Medico Norimbergensi Ordinario Consil. & Archiar. Onoldino.

**XLIV.** Phiala uitrea, in qua farina fossilis, seu potius marga ex agro Klieckensi, prope Coswigam, Anhaltino-Seruestanam, ex qua uulgus, crescente annona, addito fermento panis, panem coxit.

*Nota.* De hac farina uideri potest Clariss. BRVCKMANNI Epist. itiner. XV. de farina fossili, qualis in Saxonia & Silesia reperitur.

**XLV.** Phiala uitrea cum frusto panis, ex hac farina cocti, massæ magis calcariae, quam pani, similis.

**XLVI.**

XLVI. Lignum petrefactum, in Thuringia prope Gorslebium, ex Unstruda extractum.

XLVII. Urna Sorabica haud procul a Witteberga, inter pagos Scholiz & Reinhards, Schmidebergae proxime adiacentes, Anno MDCCXXXVIII. effossa.

XLVIII. Regula, ex dente Hippopotami in Siberia fabricata.

*Nota.* Hanc Petroburgo Russorum acceptam, & duo antecedentia, Museo Regio donavit Clariſſ Dn. Doç. WEIDLER. Mathemat. Superior. in Acad. noſtra Prof. Public.

XLIX. Testa astaci marini maximi, Gummer dicti.

L. Cancer marinus, Taschen-Krebs, Meer-Krab dictus.


LI. Chela gammari, seu astaci fluuiatilis, monstroſa tridens.

LII. Vitrum, in quo testa ouii gallinacei fracta, una cum ouulo minori, quo iſtud praegnans repertum fuit, in eodem reposito, conspicitur.

LIII. Effigies infantis monstroſi recens nati, semiaethiopis, tumore in capite, magnitudinem huius superante, pluribusque in pedibus & manibus digitis praediti.







Ub 1229 (Hauptbd. + Appendix)

8 40

ULB Halle  
002 819 805

3



5b.

5



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

**Farbkarte #13**

**REGII**  
 IN  
*ACADEMIA AD ALBIM*  
**M V S E I**  
**A N A T O M I C I**  
**A V G V S T E I**  
**C A T A L O G I**  
**A P P E N D I X**

CONTINENS  
**ACCESSIONES NOVAS**  
 PRAEPARATORVM ANATOMICORVM  
 SICCORVM

ET  
 IN LIQVORE CONSERVATORVM

ITEMQUE

VARIORVM MONSTRORVM, SCELETORVM  
 ALIORVMQUE SINGVLARIVM

**QVIBVS POST EDITVM CATALOGVM**  
**DICTVM MVSEVM**

AVCTVM EST  
 CVRA ET OPERA

**D. ABRAHAMI VATERI**

FACVLT. MED. IN ACAD. VITEMB. SENIORIS ET PROF. PRIMAR.  
 REGII MVSEI PRAEFACTI.

VITEMBERGAE  
 PROSTAT IN OFFICINA HENNINGIANA.

LITERIS SCHEFFLERIANIS.